

Disputa
Imperio
Pauc.
Legitima.
Mutua
Majest
Academ
Feudalis.

RIEME


juridica
deca
can.


de la
veria
ve





Sammlung 4


U. q. 19, 4













2

Disputatio
DE SERVITVTIBVS,

Quam

Deo clementer adjuvante

PRÆSIDE

Excellentissimo atq; consultissimo


Dn. ERASMO UNGE-
PAUR J. V. D. CELEBERRIMO,
AC PROFESSORE PANDECTARUM
Altorph. Academ. Ordinario, Præce-
ptore ac fautore quàm plurimùm
honorando.

Publicæ ventilationi

subijcit

Ad diem 30. Novembr.


LAURENTIUS BÜSINCK Munde-
rensis, ex Ericæ Ducatus Brunsvi-
censis ditione.



ALTORFI NORICORUM.

Typis Abrahami Wagenmanni.

c17 17 c XVI.



Admodum Reverendo, verâ pietate
docto, & sincerâ pietate pio

DN. THEODORO STRACKEN, Impe-
rialis Luccensis monasterii Abbati sanctissimo,

nec non

*Reverendo pietate, virtute, eruditione
vitæq; sanctitate præstantissimo Viro Dn. PRIORI atq;
reliquis Reverendis doctissimisq;, integerrimâ morum vi-
tæq; integritate ornatissimis Viris, Dominis Conven-
tualibus prædicti Cœnobij
sanctissimis;*

atq;

Generoso, strenuo, antiquâ nobili nobili-
tate nobilissimo Viro

Dn° Ottraben von Landesbergk / Satra-
pæ in Ottenstein: Hereditario in Wormbſthal /

*Patronis, fautoribus, promotoribus atq; Mæcenatibus meis
summâ semper perpetui honoris honore honoran-
dis atq; colendis!*

ut &

Doctissimo, Virtute multarumq; rerum usu præ-
stantissimo Domino T I L E M A N N O B Ü S I N G K, no-
minati cœnobii Constituto Syndico, progenitori meo
debitâ filiali reverentiâ animitus colendo

*Hanc de servitutibus disputationem in quaecunq; grati-
tudinis atq; observantiæ Symbolum*

Do dico consecro

Auctor, Resp.



Thef. I.

Servitutis ^a ambiguitas ^b explicanda: dicitur servitus hac à serviendo.

^a Auspicandum esse à nominibus, præceptore Scaligero docemur *Exerc. 359. sect. 1.* quoniam nominis usū ad ipsius rei cognitionem sapissimè perducamur *Idem exerc. 1. sect. 1.* Galen. (quem Scalig. Pont. Max. Medicorum appellat) citante *Finck. in thesaur. suo log. c. 1. p. 7.* sine nominis, ait, explicatione rem velle cognoscere; est tempus perdere: neq; possumus res ipsas, non indagatà prius nominis perscrutatione, percipere, nisi ante omnia curam verborum habeamus accuratam *Dn. Obrecht. disp. 9. c. 1. th. 5. de transact.* Verba enim sunt instrumenta quibus res significantur *Plat. in Cratyl.*

^b Aliam etenim habet denotationem *in l. 4. §. 1. ff. de S. H. §. servitus a. 2. J. de J. P.* conditionem nempe & statum eorum, qui alieno dominio contra naturā subijciuntur. Per verba contra naturam, intelligunt Dd pleriq; jus primævum sive naturale *Don. 2. com. 9. p. (mibi) 84. Treutl. disp. 2. th. 2. lit. A.* propterea quòd omnes homines sint & habeantur eo jure æquales *l. quod attinet 32. ff. de R. J.* Huc commodè spectat *Senec. illud 4. Epist. 32.* Quid est, ait, E-

A 2 ques

ques Romānus, aut libertinus, aut servitus? Nomina
ex ambitione & injuria. Quamobrem jus Gentium
ab hoc naturali jure aliquo modo recessit, solis liberis
hominibus æqualitatem illam relinquens *l. 1. §. ult.*
ff. de J. & J. Non auctumo hanc Dd. opinionem,
enervari ab ijs, quæ à contradicentibus ex libertatis
definitione deducta hinc opponi solent ex verbis istis:
Est facultas faciendi, nisi quid vi aut ju-
re prohibetur. undè sic inferunt: Cui libertatis
competit definitio, eidem & definitum competere
debet *Everb. in Top. loc. 3. n. 1. & Dd. hinc indeq. passim*
ubiq. At servis propositâ libertatis definitio compe-
tit; quia quæ facere volunt prohibentur per vim Do-
minorum & jus Gentium *d. §. & 1. J. de J. P. E.* sub-
movet namq; omnem prædicti argumenti dubita-
tionem, quod non generaliter & indefinite Justin.
dixerit *in d. definit.* nisi vi aut jure prohibentur: sed
limitatè atq; definitè, nisi *Quid &c.* Quippè liberis
hominibus non omnia, sicuti servis, qui omnino sunt
atq; detinentur in dominorum suorum dominio,
usq; adeò, ut ne jure etiam civili personæ habentis
communione juris civilis appellatione dignentur
arg. l. 20. §. 7. ff. qui test. fac. poss. neq; caput civile habe-
re censeantur, sed mortuis comparentur l. 3. ff. de cap.
min. l. quod attinet 32. l. servitutem 209. ff. de R. J. l. in-
tercidit 59. §. ult. de condit. & demonstr. Sed quædam
illis saltem sunt interdicta, sicuti verbum *Quid* illud
evidenter satis evincit. Verùm hisce nondum o-
mnem teli ictum elusimus: cùm & hoc in nos urgen-
tes intendunt. Etsi homo liber injuriâ atq; robore
poten-

potentioris coërceretur, nihil tamen minùs facultas illa faciendi quod velit, ei immutabilis remanet nec hoc modo ei auferri potest: siquidem animo eam in- harentem externa potentia evellere nequeat. Ergò neq; servis eam faciendi facultatem, quâ libertatis jure, h. e. naturali præditus, immutare quisquam potest, quamquam vi belli capti in capientis dominio atq; potestate detineantur. Verùm & ab hujus teli periculo *Don. nos liberans respond.* Injuriam alterius non posse juris nostri conditionem evertere. Servi v. in potestate alienâ detenti custodiuntur, non injuriâ, neq; vi illegitimâ: sed jure viq; à legib. concessâ & permisâ. Ex hætenus dictis difficile non esse reor respondere ad *Cl. Dni Ant. Matthæi præcept. honor.* adductam rationem *in not. suis.* Siquidem leones reliquæq; feræ bestię caveis inclusi vi legitimâ, jureq; divinitus hominibus in feras bestias concessio, custodiuntur & servantur *Psal. 8.* non autem uti *Matth.* opinatur, quod liberi leones nascantur. Etsi autem faciendi facultatem feræ itemq; servi natura insitam & inditam habeant: neq; verò naturalia ab homine mutari queant *§. pen. J. de J. N. G. & C.* attamen non rarò videmus per consequentiam jus etiam naturæ aliquo modò variari vel impediri: quædam etenim interdum per cõsequentiam permittuntur, quæ principaliter si fierent, non permitterentur *l. 1. ff. de autor. tut.* in primis illud fieri assolet, quando Reipub. interest hominem servandum potius esse, quàm dilaniandum, miserabilibusq; modis occidendum. Vel citra pulverem omnem ita responderi potest: facultatem illam quidem à Deo homini vel bestię infu-

fam factam tectam remanere, facultatis verò illius exercitium impediri, quod à facultate ut causa ab effectu rectissimè distinguitur. Aristot, autoritate hîc etiam pugnare solent, affirmantis; servitute[m] ex naturâ profluere; quoniam naturâ apprimè sit conveniens, ut imbecilliores, qui regere se non possunt, alterius regantur consilio, quod ipsum *Imp. in §. 6. J. de Attil. tut.* sentit. Verùm *Arist.* autoritas nihil est contraria. Nam fatendum ultrò, expansisq; ambabus manibus largiendum naturâ, quod sit concors, inferior ut obediat & obsequatur superiori, imbecillius regatur per robustius: num autem per modum servitutis à servando dictâ? Neutiquam: aliàs omnes servi essemus, qui magistratus imperio regimur. Itaq; dicendum, servitute[m] à naturâ esse, eidemq; contraria, respectu diverso à naturâ quatenus jus Gentium est: quod non à naturâ esse quis unquam inficiatur? naturâ contraria est, quatenus jus Gent. opponitur juri naturali. Et hæc ex sententiâ *Wesemb. in π. de J. & J. n. 16.* Ant. Fab. in *Rat.* rem ita explicat. servitus juri naturali est contraria ex hypothesi, quatenus homines de perditâ malitia ea, quæ juris naturalis erant violarunt: nam in *l. 3. ff. de J. & J.* ait *Jctus Floret.* naturam cognationem quandam inter homines constituisse, quam violare nefas est: Cum itaq; homines naturâ perversitate ac pravitate eam disruperint, secuta sunt bella, servitutes, quæ juri naturali contraria, non quatenus jus naturale consideratur per se: sed quatenus homines suâ malitiâ, quæ natura constituerat, perdiderunt: nunc igitur hoc perpetrato commisso melius est bello captum servare, quàm crudeli-

ter

ter favienti modo occidere. Hinc etiam est, quod alii (*contra*) interpretantur pro *preter & juxta*. Alii distinguunt inter servitutis materiale & formale.

c Ambiguitas n. obscuritatis est latebra *Goel. lib. 1. cont. log. p. 195.* Obscurâ & ambigua sunt evolvenda. *Idem lib. 2. Dial. inst. c. 9.* quia nihil ambiguitate est absurdus *Scal. exerc. 300. sect. 1.* quoniam errori est affinis *exerc. 148.* Erroris genitrix est æquivocatio semper.

d *Calvin. in suo Lex. verb. servire.* Servire est alicui in servire & commodare *Wesenb. in π. de serv. n. 3.* Quocircâ *Coras.* sententia non est admittenda, quâ statuit, servitute[m] posse constitui, rametsi prædio nulla indè constitueretur commoditas obveniens. Sed pro hac suâ opinione stabiliendâ & corroborandâ hos producit textus. *l. ei fundo 19. ff. de serv.* ubi *ICtus Labeo* generaliter generalibus verbis loquitur, posse nos quædam habere, etsi utilia nobis non sint *l. pecoris 4. de S. R. P. l. Mela 14. §. quidam. de alim. & cib. leg.* Verùm *Don. lib. 11. com. p. 557.* hoc verùm asserit de servitute prædiali, ut si prædio dominantis nulla commoditas afferatur, ea constitui nequeat. Et hanc *Don. ut & Duar.* sententiam manifestè probat *l. si ades 38. ff. de servit. præd. urb. l. veluti 6. §. 1. verb. quod ergò. verb. si prædiorum meliorem &c. ff. de S. P. R.* Respond. itaq; *ad d. l. ei fundo.* Etsi tempore constitutionis utilis ea servitus non sit, utilem tamen forè constituentibus arbitrati sunt, quod ad servitute[m] constituendam sufficit: cùm in contractibus initium & mens contrahentium spectanda sit *Wesenb. in π. de serv. n. 3.* Neq; n. statim post servitutis constitutionem ejus commoditas

ditas inspicienda : cū ædificio nondum ædificato,
sed ædificando servitus rectè constitui possit *l. Labeo 10.*
de S. P. R. Hanc autem responsionem refellere cona-
tur *Coras.* verborum generalitate *d. l. 19.* quod quæ-
dam habere possumus, quæ nobis utilia non sunt, &
per l. hoc jure 4. ff. de aq. quot. & est. Quia vero genera-
litas hæc repugnet textib. suprâ citatis, dicendum,
quod si quædam habeamus, quæ respectu prædii do-
minantis utilia vel usui non sint, ut tum non realis sed
personalis sit servitus, & hoc probatur *per l. ut pomum*
8. ff. de servit. ubi dicitur, servitutem imponi non pos-
se, ut in alieno pomum decerpere, spatium, coenare li-
ceat. Neminem n. latet, per ejusmodi constitutio-
nem servitutem esse constitutam. Eius res namq;
servit, qui jure constituto in re suâ cogitur molientem
aliquid pati *l. quotiens 15. de serv. 2. qui rem suam ali-*
quâ in parte diminuit, alterius augens, servitutem rei
suæ imponit l. pupillos. §. ille. de oper. nov. nunc. Pro-
indè *Duar. ad d. l. ut pomum.* illa verba : *Servitus imponi*
non potest, de reali servitute accipit. *Cujac. & post eum*
Clariss. Dn. præcept. Humn. in coll. inst. disp. 5. §. 12. statu-
unt talem constitutionem esse personalem : quoni-
am neq; usui fructui, neq; usui sit conformis & con-
color. Non usufructui : quia ad usumfructum per-
tinent omnes fructus. Non usui : quia usuario licet
sumere, quantum sibi & familiæ satis est *l. plenum 12.*
ff. de usu & habit. Quanquam autem non sit ex æquo
totaliter hæc constitutio similis usui, quod n. si es-
set, extra omnem controversiam pro usu etiam cen-
feretur, & nihil aliud quam usus esset. Quâ de causâ
cūm apertè constet, ex ijs quæ superius allata, conces-
sionem

sionem ejusmodi in prædio alieno factam esse servi-
tutem, utiq; referenda est ad eas servitutis species,
cum quibus maximam habet harmoniam.

II.

*Servitus jus^a serviendi describitur, quo
res aliena^b rei alienæ vel personæ servit,
eiq; est commoda.*

a L. i. §. i. ff. de R. D. l. i. ff. de S. P. R. pr. J. de reb.
corp. & incorp. dicitur etiam qualitas l. 86. de V. S. ha-
bitus Vult. 1. jurispr. 63.

b Nemini enim res suâ servit l. in re. 26. ff. de S. P. V.
Utitur enim quis re suâ vel jure dominij, vel possessi-
onis Ampl. Dn. procancell. Vult. 1. J. R. 63.

c Tum demum servitus nullius est momenti, ait
Cost. ad d. l. 15. de servit. quando neq; prædio neq; per-
sonæ est commoda. Aliter servitus definita & descri-
pta hinc indè lectori occurret.

III.

*Hinc illam colligimus servitutum di-
stributionem, quòd sit vel personarum,
^a vel rerum^b.*

a L. i. ff. de servit. Accurs. in alleg. l. & Cœpoll. lib.
1. c. 1. tertiam servitutum speciem adijcentes & pro-
ponunt & defendunt: ita ut servitus alia sit persona-
lis, alia realis, alia mixta. Per mixtam intelligunt,
quæ omni prædio inservire queat, ut aquæductus,

B

quem

quem modò urbanam, modò rusticam servitutem esse asseverant. Personalem dicunt, quando persona personæ servit. Ast malè, per ea quæ tradit *Don. lib. 9. com. 22. circa fin.* non enim genuina est distributio, sed ambigux vocis distinctio. Personalis enim, uti illi eam describunt, à servando dicitur §. 3. *J. de J. P.* servitus autem de quâ hîc agimus, à serviendo denominatur *Coras. in Rubr. de serv. n. 13. 14. & seqq. Dd.* servitutes distribuunt in dividuam & individuam: quoniam servitutes individuæ appellitantur *l. via. ff. de servit. ususfructus verò dividuus l. 1. §. si ususfructus 9. ad L. Falcid. l. 5. de usufr. l. cum de usufructu 7. ff. com. divid. l. 13. de usufr. leg.* Sed si ususfructus est jus, prout definitur, ideoq; incorporale etiam quiddam, qui potest esse dividuus, potissimū cum *Arist. reliquorumq; Philosophorum Logicorum certissimum sit axioma, omne incorporeum esse individuum? Coras. in l. via. n. 15. de servit. ususfructum accipi dupliciter asseveranter affirmat 1. pro jure utendi fruendi l. 1. ff. de usufr. pr. J. eod. eaq; in significatione vocabulum ususfructus acceptum ususfructum æstimat individuum l. 1. §. ult. de R. D. pr. J. de reb. corp. & incorp. 2. pro fructuum ex jure illo utendi fruendi promanantium perceptione ac commoditate l. si ususfructus 66. ff. de J. dot. & hoc respectu etiam divisionem naturalem recipere autumat. Verum non rectè. Æquivoca etenim dicuntur, quorum nomen est commune, definitio diversa *Theodoric. in Log. Giss. p. 14 Vide Sessiford.* ususfructum univocum contendentem. Sunt autem reliquæ servitutes individuæ, quoniam in usu consistunt qui est individuus *l. via. ff. de servit. l. 20. ff. de usis**

de usu & habit. Utimur enim fructu pro necessitate
quotidiani usus *l. plenum 12. §. 1. de usu & hab.* & ideo
uti nisi in solidum possumus *l. 5. §. f. commod. l. usus
pars 19. ff. de usu & habit. Clariss. Dn. Præcept. Först. post
Gœdd. usufructum dicit dividuum, quoniam usus-
fructus usum & fructum in se habeat l. 42. de usufr.* Ac
via habet in se iter & actum *pr. J. de S. R. & V. P.* Er-
gò dividuus? *Giph. in lect. Altorph. & Gœdd. c. 6. concl.
22. n. 299. de V. Stipul.* Ad superius ex *Arist.* allatum ar-
gumentum: Incorporalia dividi non possunt: re-
spondent, dicentes, illud verum de divisione Physicâ,
falsum de Logicâ, de posteriori Icti solliciti. Non
enim ait *Gœdd.* illicò, quod est dividuum reverà est
divisum: cum illud dicatur divisum, quod in partes
discretas est dissectum, dividuum quod in partes dividi
potest pro diviso & indiviso. *Hottom.* servitutes omnes
vult esse dividuas & individuas respectu diverso, ut
per se, quatenus jura sint, individua; per accidens autem
habita contemplatione commoditatis & utilitatis, di-
vidua, & usum dividi probat *per l. 4. & per. §. 1. de usu
& habit.* Ubi dicitur, si amplæ domus usuario me-
diocri vel angusto sit concessus usus, ita ut uno tem-
pore omnia domus conclavia inhabitare non possit,
ijs tamen proprietario uti non licere: sed pensionem
ab ejusmodi Cameris accipere usuario invidendum
non esse, si portiunculâ contentus esse velit *d. l. 4.* Itaq;
ratione hujus commoditatis usus dicitur dividuus,
quamquam per se sit individuus, *juxta l. 20. de usu &
habit.* Prædiales etiam servitutes naturâ quidem suâ
sunt individua, ratione vero commoditatis dividua,
cum modò mensurâ, modò temporibus dividantur

*l. arbor 19. §. aquarum 4. ff. comm. divid. l. 4. §. 1. de ser-
vit. Ad hæc respond. Ampl. Dn. Præcept. Gædd. Non
posse usum ideò dici dividuum, etsi angustiiori lega-
tario usus amplæ domus sit relictus, ita ut non possit
omnia ædificii conclavia inhabitare: sequeretur n.
tot esse usus, quot conclavia, & contra concedentis
voluntatem plures essent servitutes, qui unam tan-
tùm concessit. Et licet pensionem possit recipere ex
ædium usu, nec id usum facit dividuum cùm eâ suæ
consulit necessitati *l. plenum 12. ff. de usu & hab. licet*
itaq; vel hodie hoc, cras altero conclavi uti. Et
quanquam regeri potest, plures servitutes non esse,
sed unius servitutis plures commoditates; tamen
ita usus commoditas est restricta, & coarctata,
*ut pro parte uti nequeas *l. 19. ff. de usu & hab.* Sed*
dicunt, uti quidem pro parte diviso non possum,
pro indiviso tamen non prohibeor. Respond. quan-
do pro partibus indiviso utimur jura oportet esse
talia, ex quibus tantum quis respectu suæ portionis
consequeretur, quantum acciperet si totum haberet;
*id autem in hisce juribus non obtinere ait *Coras.* Nam*
quî fieri potest, ut tu pro parte ires, & ego pro parte
itinere indiviso. Sic non possum pro parte indiviso
comedere, & tu pro parte indiviso, Si enim quod mi-
hi suppetit ad usum quotidianum, defraudans meum
genium tibi darem, usum non haberem; eum enim
qui habet, tantum nactus est quantum sufficit ad quo-
*tidianum usum *d. l. plenum.* Quod de prædialibus ser-*
vitutibus asserit respondend. distinguendo. & hanc
responsionem ad usum accommodari posse puto,
*inter servitutum & modum servitutis, vel ut *Vult.**
*quem**

quem sequitur *Trentl.* inter servitutem & servitutis exercitium. Nec obstat quo minus ususfructus sit dividuus hoc argumentum: Totum in partes divisum interit, *l. quæsitum 12. §. si eodem 14. ff. de usufr. vel instr. leg.* Ususfructus est totum quiddam. E. resp. juxta *Gædd. & Giph.* Fallere illud in vocabulo (divisionis) cum per dividuum denotetur quod discissum est in partes discretas. Propositio igitur vera de hoc dividuo, non autem de dividuo, quod pro indiviso est divisum. 2. Dicit *Giph.* majorem veram de toto conjuncto seu cohærente, non autem de toto colectivo, ut est acervus pecuniæ & grex. Nec obst. Usufructu diviso fiunt duo ususfructus *l. 7. §. cum usufructu 10. ff. comm. divid.* Unius autem rei plures ususfructus esse nequeunt, ne sit servitus servitutis, dareturq; progressus in infinitum. Resp. enim *Giph.* non fieri duos ususfructus diviso usufructu, sed unius ususfructus duæ partes. Nec obst. Quidquid juris est in toto, idem juris est in parte *l. si servus, in f. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. quæ de tota 76. pr. ff. de R. V. Marp. vol. conf. 1. n. 2.* Atqui juris in toto quod dominium sit individuum *l. 3. pro derelict.* Eidem juris constitui debet in parte ususfructus. Resp. namq; committi Elenchum alienæ quæst. Non enim de usufructu, quem *Dd.* causalem dicunt & partem dominii *l. 4. ff. de usufr. Cujac. ad l. 126. §. 1. de V. O.* hîc agimus: sed tractatur hîc de eo, quem aliàs *Dd.* formalem vocitant qui à dominio est separatus *§. 1. ff. de usufr.* Obst. Usus est individuus *d. l. 19.* atq; usus est pars ususfructus *l. 58. ff. de V. O.* Ergo &c. R. Usus servitutem vel jus usus esse individuum, usum autem qui usufructui semper inest dividuum dicimus cum *Giph. & Gædd.*

*Personalis servitus^a est jus, quo perso-
na res aliena servit: Est q^{ue} Ususfructus^b,
usus^c, habitatio^d, opera servorum^e.*

*a. Personalis dicitur in l. non solum 8. §. tale lega-
tum. de libert. leg. l. Lucius Titius 37. de S. P. R. item per-
sonarum in l. 1. ff. de servit. idem servitus in personam
in l. Gajus 12. de ann. leg. Dicitur verò personalis, quod
personæ debeat & cum eâ extingatur Gloss. in l. 1. de
servit. §. f. J. de usufr.*

*b. Ampl. Dn. Procancell. Uult. in Inst. Usum usui-
fructui præponendum esse judicat: quoniam naturâ
priora notiora, simpliciora ordine naturæ & lege
methodi præcedere debeant, usum priorem esse usu-
fructu, patet, quod usus sit necessitatis, usufructus
voluptatis: natura autem prius prospicit necessitati
quàm voluptati. Hujus sententiam confirmat etiam
illud Philosophorum axioma: Uti res sese habet in es-
sendo, ita etiam debet se habere in cognoscendo.
Vide Piccolom. in comit. polit. part. 5. p. 993. Sed cum va-
riis modis quid prius dicatur, testantibus Philosophis,
& methodus sit arbitraria ut pro cuiusq; discretionem
vel docentis vel discantis ejus institutio fieri queat
Theodoric. in Log. non arbitramur à receptâ ac con-
suetâ lectione desistendum: cum aliàs multa in jure
essent præponenda, quæ postposita; & quæ præposi-
ta, postponenda, si secundum naturæ ordinem me-
thodus instituenda esset.*

c Sunt

c Sunt qui putant Usumfructum & usum non differre ut oppositæ species differunt, quoniam regula sit Philosophorum, species non misceri *Scal. exerc. 267. Theodoric. in Log. Giff. p. 19. can. 6.* Sed cum *Giph.* faciendum opinor, qui eos ut oppositas species differre ait, & non ut modos. Proindè negamus eos misceri. Et si enim usus continetur ab usufructu *l. 14. §. 1. de usu & hab.* non tamen miscentur: aliud enim est misceri, aliud contineri, *Sesiford.*

d Quam speciem esse personalium servitutum, arguit *Rubr. ff. de usu & habit. §. J. eod. l. 13. C. de usufr. §. ult. J. de usu & hab.* Contrà autem sic argumentantur, qui cum *Först. & Hunn.* dissentiunt: Quidquid potius in facto consistit quàm in jure, illud à facto denominari debet: quia à potiori fit denominatio *l. quaritur 10. ff. de S. H.* At habitatio magis consistit in facto, quàm in jure *l. 10. de cap. min. E.* Verùm responderi potest, Legatum habitationis consistere magis in facto quàm jure non habitationem. Cur autem tale legatum magis in facto dicatur consistere, quàm jure, vide *Duar. & Fabr. ad d. l. 10. de cap. min.*

e Et has esse species harum servitutum, evincit ordo *titul. 2. l. 9. C. usufr. & habit. & ministr. serv. l. 5. de usufr. quemad. cav.* Obst. ex *Först.* opinione hoc: Personales servitutes ad heredes creditoris non transeunt: contrarium autem fit hîc *l. f. §. Lucius. de contr. emt. 82.* Personalis dicitur servitus, vel quæ personæ debetur *Ampi. Dn. Vult. lib. 1. J. R. 63. n. 12.* hoc modo rectè dicuntur operæ servitus personalis, vel dicitur personalis, quatenus cum personâ extinguitur, quemadmodum quod princeps alicui ob meritum indul-

indulfit personale dicitur, quod neq; ad exemplum
trahetur, neq; personam egrediatur §. sed § 6. J. de
J. N. G. & C. modo hoc posteriori operæ servitus non
dicuntur. Quid prohiberet, si diceremus hac nota
operas ut oppositam speciem à reliquis personalibus
servitutibus differre, quod hæc in creditoris hæredes
transeat? Coras. sentit, huc eas non rectè referri, idq;
indè probare nititur: Liberi hominis opera legari po-
test l. 3. de usu & usufr. leg. atqui in homine libero ser-
vitus statuenda non est l. Titio centum 7. §. Titio cen-
tum 2. de condit. & dem. R. Operam liberi hominis le-
gari posse l. 26. §. 12. de condict. indeb. l. 9. §. t. t. de oper.
libert. at non liberi hominis ingenui, cuius conditio
hoc non admittit l. Titio centum. §. 2. ubi lit. N. Gotho-
fred. Pro servitutibus, inquit, datur actio confes-
soria & negatoria l. 54. §. 1. de V. O. l. injuriarum 13. §.
si quis me. ff. de injur. E. R. prædictis in LL. neq; expressè
affirmatur, neq; negatur dari vel non dari pro operis
actionem confessoriam. Puto æquè pro operis, ac
pro reliquis juribus dari actionem confessoriam, cum
I. non sit probatum, quare à reliquis juribus operæ
sint exemptæ. 2. si operæ mihi essent concessæ & lega-
tæ, tertius autem impediret, nonné confessoriam actio-
ne eum convenire possem? utiq; l. 2. si serv. vindic.
Nec obst. l. Gaius. ff. de ann. legat. cum ibi de præstatio-
nibus annuis legatis agatur, quæ à servitutibus mul-
tum differunt l. 8. d. t. neq; in dubio servitutes præ-
sumuntur. Ant. Fab. in conj. Neq; obst. l. 1. §. 9. ad
L. Falcid. ubi Ictus ait, in operarum servi legato neq;
usum neq; usumfructum videri. R. Paulum hoc ideò
dicere, quoniam neq; usus videatur legatus operis,
legatis,

re operis non datur actio
confessoria et negatoria

legatis, neq; ususfructus: quia op̄eræ servi legatae capi-
pitis diminutione non amittuntur, neq; non utendo
l. 2. de oper. serv. l. 2. de usu & usufr. leg. idem de habita-
tione dicendum, licet *Dn. Vult.* putet *l. 10. de habit.*
per l. sicut. C. de servit. & aq. correctam esse: non enim
video quare istam correctionem admittere debeamus
maximè cum correctiones in jure sint odiosæ, &
nisi verbis expressis fiant *l. precipimus. §. 3. C. de appell.*
Nec obst. *l. 1. ff. de servit.* ubi præter usum & usum-
fructum non recensentur plures personalium servi-
tutum species, quoniam quod ex lege generali desit,
ex aliis sit supplendum, ne audire cogamur, incivile
esse velle judicare de jure unâ atq; alterâ lege inspe-
ctâ, & non inspecto toto jure *arg. l. incivile. ff. de LL.*
& id potissimum habetur, quod ad speciem est dire-
ctum *l. in toto. de R. J. 2.* Exempli causa: Usus & usus-
fructus subijciuntur, quod in jure non infrequens, uti
apparet ex *§. omnium i. junct. 20. J. de act.*

V.

*Hæc de servitutibus personalibus dicta
sufficiant: nunc pauca etiam de realibus
proponemus.*

Hic quæritur, *cur Justin. Imp. in Instit. personalibus
reales præposuerit, in ff. v. postposuerit?* *R.* In Inst. reales
præponuntur, quatenus servitutes in sese conside-
rantur, quia hoc respectu sunt digniores personalibus
1. quoniam sint perpetuæ. 2. quoniam ob excellen-
tiam vocabulo servitutis simpliciter posito illæ intel-
ligan-

C

ligan-

ligantur. l. 4. de servit. §. ult. J. de usu & hab. In Pandectis vero personales præponuntur realibus ob sub-
jecti dignitatem, cujus gratiâ omnia sunt condita.

VI.

Definitur realis servitus à Dd. diversimodè^a. Nos cum Br.^b quod sit jus quoddam prædio inhaerens, ipsius utilitatem diminuens, alterius libertatem augens^c.

a Uti videre est apud Dd. & interpp. passim hinc & inde. *b* Super. in proæm. ad t. de servit. in 6. Duar. in pr. ff. ad a. t. *c* Hanc definitionem Coras. pr. ff. de servit. n. 4. & seqq. Wes. in π. de servit. n. 4. rejiciunt. I quoniam definitio latior suo definito bona non sit arg. l. 1. §. dolum. ff. de dol. mal. Hanc Br. talem dicunt propter l. 1. §. f. ff. de aq. & aq. plur. arc. ubi pro regulâ traditur, quod si lex agro imposita non reperiatur, agri natura sit servanda, quæ est, ut inferior superiori serviat, & tale incommodum propter commodum ex superioris agri defluenti pinguedine perceptum ferat. Quocircâ cum hoc jus superiori prædio inhaereat, ejusq; utilitatem augeat, suam imminuens, neq; tamen servitus dicatur d. l. 1. §. f. sequitur indè, Br. propositam definitionem latiore esse definito: cum definitum huic juri non competat, definitio autem ei applicari nequeat. Duar. p. mihi 187. ab hujus argumenti impetu hanc definitionem liberat, dicens: eam intelligendam esse de servitute imposititiâ l. 1. §. 9. de novi oper. nunc. non autem de non imposititiâ seu
nacu-

naturali. 2. Non dici in definitione, ait *Wes.* quale sit
 jus: quod nos ex definitione constare opinamur. 3.
 Omnis servitus, inquit *Coras.* prædio inhæret. Aquæ-
 ductus prædio non inhæret *l. 1. §. 12. de aq. quot. & est.*
 E. aquæductus non est servitus, contra *l. 1. §. 1. ff. de*
serv. P. R. Responderi potest per ea, quæ habet *Vult. 1.*
§. R. 63. n. 11. Aquæductum esse servitutem vel realem,
 vel personalem. Si enim prædio debeatur, dicitur
 prædialis; si autem personæ, personalis *l. Lucius. ff. de*
S. V. P. Non semper desiderari prædii utilitatem,
 probare nititur *Coras. ex l. ei fundo. ff. de servit.* Sed
 quid ad illud dicendum, ex *θ. 1. constat.* 5. Afferit ser-
 vitutem constitui etiam posse, ut utriusq; prædii tam
 servientis, quàm dominantis versetur utilitas. Quod
 quàmvis concederemus, tamen dicimus, in definiti-
 onibus poni non illud quod bis vel ter, sed quod com-
 munitè & plerumq; accidit. *Vide Fabr. in Rat.* No-
 tandum qui cognoscatur servitus, si dubitetur an ur-
 bana, an rustica, an personalis? Hoc docet *Don. 11.*
com. 4. p. 565. *Treutl. 1. vol. disp. 17. θ. 1. lit. A. Vult. supra*
alleg. loc. Fab. & Duar. ut talis sit servitus, quale est præ-
 dium dominans, vel cui debetur. *Diss. Coras.* qui id à
 prædio serviente dijudicandum docet.

VI.

*Servitus prædialis alia est prædiorum
 urbanorum^a, alia rusticorum^b.*

^a Prædium urbanum est, quod ad urbanum u-
 sum est destinatum, sive in urbe, sive in rure sit situm
 nihil planè refert, non enim ex loco, sed materiâ &

qualitate dijudicatur *l. si pradium 16. C. de prae. & reb. minor. l. 166. 198. 211. ff. de V. S. & usu distinguuntur. l. quemadmodum 12. ff. de supell. leg. Ampliſ. Dn. praecept. Goedd. ad d. l. 198. n. 2.* Nec obſt. quod urbanum dicatur ab urbe. E. quod non eſt in urbe, non dicendum urbanum: nam denominatum ſapiffimè latiùs patet, quàm à quo denominatur. Sic urbanum hìc dicitur, quod habet uſum urbanum, quanquam in urbe ſitum non ſit *l. 4. §. f. ff. de pen. legat. l. 12. de ſupell. leg.*

b Rusticum pradium eſt, quod ad uſum rusticum eſt directum & destinatum; ut ad colligendos fructus, ad recipienda pecora *Goedd. d. loc.* Quæri hìc ſolet, ſtabula an ſint rustica, an vero urbana. *Goedd.* hanc quæſtionem ita decidit. 1. Stabula dicuntur ſtationes jumentorum, in quibus ea recipi ſtabulariq; ſolent *l. 15. in f. ff. de uſufr. & ejusmodi rustica appellanda ſunt: quia rusticus & non urbanus eſt uſus d. l. 16. C. de prae. min. d. l. urbana. de V. S.* 2. Stabula ſunt alia meritoria, quibus viatores recipiuntur itinere defatigati, ut & carrucarii cum ſuis jumentis, pretio ceu mercede interveniente: & ejusmodi nihil ſunt aliud quàm diverſoria & cauponæ *l. 1. §. ſi caupones. ff. neut. caup. ſtabul.* & hæc urbana eſſe nemini eſſe dubium ait *Goedd.* 3. ſunt ſtabula in eum uſum ædificata, ut agricolis cum ſuis jumentis noctu pernoctari concedatur, quò eò maturius mane ad labores conſuetos redire, & ad pascua jumenta compellere queant. Et de his ſtabulis accipiendus ICTus *Nerat. in l. 4. §. 1. ff. in quibus cauſ. pign. tacit. contr.* dicens, dubitari de his poſſe, in quorum prædiorum numero ſint habenda: cùm non
ſint

sint in continentibus ædificiis, id est, suburbiis *l. pen.
s. Romæ 3. de excus. l. qui in continentibus 147. de V. S.* &
respondet Ictus Nerat. quòd non sint urbana quan-
do à reliquis ædificiis sint separata, usu scilicet. Et
quanquam interdum merces interveniat, non tamen
ideò meritoria sunt dicenda, nisi respectu inhabitan-
tium, si forsan ideò ædificarunt, ut quæstum facerent:
non vero habità cõtemplatione pernoctantium, quo-
rum intentio ac propositum est, ut ijs utantur, quo eò
citiùs pecus ad pascua vel labores conferre & compul-
lere queant. Etsi dici quis posset in suburbiis idem fie-
ri posse, attamen fit hoc perquam rarissimè, & ideò
cura ejus à Prætore non habetur *l. 34. de LL. Vult. &
Ant. Fab. in conciliatione d. l. 4. & aliarum allegatarum.*
*ll. dicunt Neratium à reliquis Ictis dissensisse. Hanc
respons. rejicit Clariss. Dn. Præcept. Hunn. de interpr. &
autor. juris. p. 191.*

VII.

*Cæterùm distribuunt Dd. prædiales ser-
vitutes in nominatas^b, & innominatas^c.*

*a Gl. in l. 1. ver. in rusticis. Cæpoll. de servit. c. 9. n.
2. Schneidevv. in Inst.*

*b Nominatas dicunt, quæ non ab actu denomi-
nantur, sed nomen habent juris, & à jure impositum:
ut iter, actus, via, aquæductus.*

*c Innominatas appellant, quæ ab actu utendi no-
minantur, ut aquæhaustus, aquæ appulsus &c. Sed
hanc commenticiam distinctionem juri convenien-
tem esse, cum Coras. sentire non possumus: cum aquæ-*

haustus æquè sit jus habens impositum nomen ab a-
ctu utendi, sicuti aquæductus. Malè igitur illum in-
ter nominatas referunt hoc excluso.

VIII.

*Urbanarum servitutum species sunt
quàm plurimæ^a, in quibus sunt & hæ: ti-
gnum immittendi, altius tollendi^b, oneris
ferendi^c, proyiciendi^d, stillicidium aver-
tendi^e, non officiendi luminibus^f, servitus
luminum^g, servitus prospectus^h, & ne pro-
spectui officiaturⁱ.*

a Uti videre est apud *Capoll. & Coraf. & alios*. Di-
tribuuntur etiam in affirmantes & negantes urbanæ
servitutes *Ant. Fab. Schneidevv. & Dd. com. omnes*.

b Tignum immittendi est servitus, quâ licet do-
mino ædificii ex suo pariete in alterius parietem ti-
gnum immittere *l. 1. 2. & 30. de S. P. U. §. prædiorum*
J. de servit. præd. urb. & rust. Dicitur tignum à tigen-
do, denotans omnem materiam, quâ ædificia con-
struuntur *l. 1. §. 1. de tign. junct.* Tignum alienis ædi-
bus junctum manet priori domino, licet ædificium
fiat ædificantis sive domini soli *§. cum in suo solo 29. J.*
de R. D. l. 23. de usucap. Neq; huic refragatur: Rei vin-
dicatio datur domino. Tigni domino non datur rei
vindicatio. E. Præterquam enim vitium in formâ,
quoniam in primâ figurâ assumptio est negativâ, de
quâ re videre est *Finck. in thesaur. log. Resp.* Rei vindi-
catio-

cationem dari domino, nisi ob aliam aliquam legem
ejus effectus suspendatur. Lex enim 12. tabul. vetat
tignum vindicare, quamdiu alienis ædibus est jun-
ctum: dominus eximere cogatur *l. adeo 7. §. cum suo*
10. de A. R. D. d. §. cum in suo sed duplum præstare,
quod si non præstitum, diruto ædificio dominus illud
vindicare potest *dict. textib.* Quæritur, an is qui alie-
num tignum ædibus suis injunxit, eximere illud pos-
sit, si velit, & domino præstare, si actione de tigno
juncto conveniatur? Quod affirmo contra *Clar. Dn.*
præceptor. Hunn. in coll. J. disp. 4. §. 21. quoniam *ICtus*
Caius dicit in d. l. 7. §. 10. ne tignum eximere cogatur,
11. cum quilibet favori pro se introducto nuncium
mittere possit *l. si judex 41. ff. de minor. l. pen. C. de pact.*
Nec obst. quod *ICtus in l. 98. §. f. de solut.* asserat, leg.
12. Tab. scire tignum alienis ædibus junctum vindi-
cari posse: sed solvi prohibuisse, & pretium dari vo-
luisse. Nam prohibet *l. 12. Tab.* solvi, si dominus
ædificii nolit. In ejus enim est arbitrio, an solvere
velit, necné; cum *L. 12. Tab.* istâ constitutione isti
consuluit, ne magnis sumtibus haberet necesse, ti-
gnum semel injunctum eximere, & domino præsta-
re: Si itaq; velit, non prohibetur: cum invito benefi-
cium dari nequeat *l. invito. de R. J.* Nec moveor
hac ratione: Quodcunq; lex vult fieri, id fieri debet.
At *d. l. 98.* vult, ut pretium in duplum detur, non ve-
ro ut tignum solvatur. E. illud fieri debet. Nam vult,
non per modum necessitatis, ut necessario pretium
cogatur solvere, sed per modum voluntatis & electio-
nis, ut penes ejus sit arbitrium, an velit eximere, an
duplum solvere. Ita enim lex 12. Tab. ei prospexit,
ut

ut ad prius cogi non possit *d. l. 7. §. 10. d. §. 29. J. de R. D.* Nec obft. *l. 1. ff. de tign. junct.* ubi dicitur *L. 12. Tabb.* non permittere ut solvatur & vindicetur: ne ædificia sub hoc prætextu subruerentur: intelligenda enim est *L. de actore*, quod is hæc facere prohibeatur, quod ipsum evidenter verbum vindicare probat: sed huic respon. opponunt *l. 6. ad exhib.* qui textus de reo loqui videtur. Sed resp. est in textu scilic. quod in duplum quidem agere queat: at si tignum ipsi non præstetur: secus, si suum consequatur.

b. Altius tollendi servitus est, quâ ultra antiquam ædificiorum formam ædes altius tollere licet *l. 1. C. de adif. priv. l. 1. C. de servitut. & aq. l. qui luminibus 11. de S. V. P. l. altius 8. C. de servit. & aq.* Hæc servitus quomodò constituatur, nondum convenit inter interpp. ut videre est apud *Vult. 1. discept. schol. c. 5. Don. ad §. æque J. de Act. n. 12. Coraf. in miscell. 3. c. 23. & ad d. §. æque. n. 7. & ad l. 1. ff. de servit. Gvvalt. in miscell. lib. 1. c. 4. Cum Don.* sentiendum iudico, qui sic statuit: Aut tollo jure proprio, id est, naturali, aut jure impositio, h. e. servitute: priori modo in Cœlum usq; fastigiare licet ædes mihi *d. l. altius. Gail. lib. 2. obs. 69. n. 1.* Nisi tamen Magistratus præcisè constituat, neminem ultra præscriptum certum modum ædificare. Hoc enim magistratum posse ob publicam utilitatem dubium nemini esse debet. Si hoc modo, tum præcisè à magistratu sit constitutum, & ego servitute altius tollendi acquirerem, nullus ea esset momenti: nam si eâ uti vellem, à magistratu impedirer: pacta enim privatorum jus publicum lædere non possunt *l. jus publicum. de pact. l. bonis §. 1. ad L. Falcid. Don. d. loc. p.*

89. Iure impositio, ut si consuetam formam ædifici-
orum excedere non licet invito vicino. Quod situm
altiùs tollendi concedit potestatem mihi meus vici-
nus: servitute altiùs tollendi sum nactus (sed multa
hîc nobis opponuntur, saltem perpendamus hoc, Di-
cunt: servitus dicitur à serviendo, si meæ ædes tuis in-
serviant, quo respectu tuæ dicuntur servire, qui ha-
bes jus altiùs tollendi? Proinde altiùs non tollendi
servitute qui habet, servit. Hîc respondendum ser-
vitutes urbanas esse affirmantes & negantes, argu-
mentatio de ^{affirm}negantibus servitutibus, quales sunt o-
mnes, etiam rusticæ & personales, præter ^{negant}affirman-
tes: & dicitur hæc ideò servitus, quod hoc non habe-
at jure proprio ceu naturali, sed jure concessio seu im-
positio: reliqua ex his dijudicari possunt) quapro-
pter si eâ uti vicinus me remoraretur & impediret:
ago actione confessoria, quæ reverà re & verbis est
confessoria, quemadmodum definitur l. 2. ff. si serv.
vind. Vult. *all. loc. ex Cujac. & Accurs.* defendit: Acti-
onem quâ quis intendit, jus esse altiùs tollendi, esse
actionis negatoria exemplum & actionem quâ quis
intendit, jus esse altiùs non tollendi, esse exemplum
confessoria. Quando enim *ait Vult.* ago actione
confessoria, tum non servitute sed libertatem vin-
dico. Respon. aut est servitus constituta, aut non con-
stituta. Si constituta: utor jure concessio. Si non
constituta; jure proprio. ^{ad h. m.} Vel dico, argumentum
procedere in servitutibus negantibus, ut prædiorum
rusticorum: non verò quando sunt affirmantes &
negantes. Si enim servitus est concessa, ago actione
confessoria, ut mihi liceat nunc facere, quod antea

D. non

non licebat servitute non constitutâ. Et hæc actio
reverâ est confessoria, & non, ut Vult. existimat, ver-
borum tantum figura. *Vid. Don. de Act. p. 87. § 88. §*
ad l. 1. C. de servit.

c Quæ est servitus, quâ cogitur vicini columna
vel paries nostrarum ædium onus ferre *l. eum debere*
33. ff. de S. V. P. Hanc servitutum qui debet, tenetur
parietem reficere *d. l. eum. l. etsi fortè 6. §. 2. si serv. vin-*
dic. Obst. axioma, quod *Dd. ex c. debitum 4. X. de ba-*
ptism. eiusq. eff. extruunt: Actio & passio non possunt
esse in uno subjecto, quod hîc esset, si servitutum de-
bens etiam parietem reficere teneretur, estq; contra
naturam servitutum *l. 15. de servit.* Resp. Multa per
consequentiam conceduntur, quæ principaliter si
fierent, non permetterentur *l. quod dicimus. de autor.*
tut. l. si quis duos de libert. leg. ubi Dd. Principaliter au-
tem id hîc agitur, ut patiat, h. e. onus sua columna
ferat serviens dominus: sed cum voluit parietem su-
um perpetuo onera ferre debere: nihil autem sit sub
concavo Lunæ perpetuum: tenetur per hanc conse-
quentiam reficere, & ideò est in hac specie id speciale
d. l. etsi. §. 2. 2. Regula est juris, conventio dat legem
contractui *l. 1. §. si convenit 6. depos.* cum itaq; ita inter
eos convenerit, ut in perpetuum ipsius paries onus
ferat, huic conventioni est standum. Sed hanc re-
spons. rejiciunt quidam, quod conventione privatâ
jus publicum lædi nequeat, sitq; natura servitutum, ut
vel agat vel patiat, & non ut patiat & agat *d. l. 15.*
E. sed Resp. substantiam sive essentiam cõtractus con-
trahentes nullatenus tollere posse: sic societas con-
trahi

trahi non potest, ut quis solus sentiat lucrum, alter
damnum. *Vult. 1. J. R. c. 37. n. 21.* At naturalia con-
tractus, ut Dd. loquuntur, tolli possunt, ut in emtio-
ne, si nihil de evictione sit conventum, nihilominus
tenetur venditor, quia naturaliter emtioni inest *l. ex
emto 11. §. § in primis. ff. de act. emt. Vult. lib. 2. J. R.
16. n. 4.* si autem ita inter eos conveniat, ut venditor
de eâ non teneatur, valet conventio. *Vult. alb. loc.*

d Projiciendi servitus est, quâ nobis est concessum
super aream alienam habere projectum, ita ta-
men, ut nihil in ædes vicini projiciatur *l. malum 242.
§. 1. de V. S. Don. lib. 11. p. 565. Gædd. ad d. l. 242.*

e Stillicidium avertendi servitus est, quâ stillici-
dium in vicini tectum vel aream avertere derivareq;
possumus *l. 12. 20. §. 5. de S. P. V. §. stillicidium. J. de
servit.* Hanc servitatem qui debet non potest in eo
loco, ubi cadit stillicidium, ædificare *l. servitutes 20. §.
si servitus 3. de S. P. V.* Huic non obst. *§. f. ejusdem l.* Nam
potest ædificare, quando suo ædificio domino, cui
servitatem debet, non nocet *l. ult. d. t.* Aliam respons.
affert. *Capoll. c. 28. n. 8.* quam rejicit *Coras. 2.* Qui hanc
servitatem habet, ædificium altius tollere potest, de-
primere autem non potest, quia eo servitus fit gravi-
or *d. l. servitutes. §. stillicidium 5.*

f Quæ servitus est, quâ vicinus lumen desuper
veniens adimere & obscurare prohibetur *l. lumen 16.
de S. P. V.* Et hæc servitus, ut tam de præsentibus, quam
futuris luminibus intelligatur, humanius est *l. si servi-
tus 23. de S. P. V.* Quæritur hîc, an servitus, ne lumi-

D 2

nibus

nibus officiat, & non altiùs tollendi differant. Af-
firm. cum Först. Hunn. contra Don. Bronch, 2. cent. 5.
Quia ubiq; in LL. distinguuntur l. 2. 4. 10. 11. 16. 17. de
S. P. V. l. 5. l. 9. C. de servit. §. aq. 2. Quia servitute al-
tius non tollendi hoc quis est consecutus ne vicinus
altiùs tollendo luminibus officiat, at ne luminibus
præter hoc etiam nactus sum, ne quoquo modo lu-
minibus noceat, sive id fiat altiùs tollendo, sive de-
primendo, sive arboribus aliisq; modis contra ser-
vitutem constitutam egisse dicetur. Vid. l. 12. §. l. 17.
de S. P. V. Et quid ad hoc argum, sit dicendum, dif-
ficile non est: Si servitus altiùs non tollendi sit inuti-
lis, quando non dicatur eadem cum servitute ac lu-
minibus officendi, utraq; erit eadem. Connex. pro-
batur arg. l. 15. de servit. Assumptio probatur, quia si
vicino debet esse utile, ne vicinus altiùs tollat aliam
ob rem fieri non potest, quàm ne luminibus aut pro-
spectui officiat. E. Dicendum enim licet in hoc
effectu conveniant, ut utraq; velit lumen esse inte-
grum, attamen in eo differunt, quod pluribus modis
lumen possit impediri, quàm altiùs tollendo, nec sta-
tim inter se conveniunt, quæ in uno aliquo tertio
conveniunt.

g Servitus luminum est jus, quo vicinus lumina
nostra excipit l. 4. de S. P. V. Differt & hæc servitus à
superiori per d. l. 4. §. l. 23. ff. de S. P. V. Ant. Fab. 19.
conject. 15. Qui hanc servitutem debet, ait Duar. lib.
1. dissp. 33. non probetur nostrum lumen obscurare,
modò ne totum lumen auferat, & hoc patet etiam ex
d. l. 4. inf. ubi dicitur, ne luminibus maximè nos ade-
ptos

F. hi

ptos esse, ne altiùs ædificando lumina nostra diminiuat. Itaq; luminum servitutum debens si obscuret lumina, contra servitutum nihil peccat: quia lumen relinquit, etsi obscuratum. Atqui debens servitutum, ne luminibus officiendi: hoc non potest, cùm obscurando lumina ijs noceat & officiat.

h Est jus prospiciendi & spectandi in prædium vicinum. *Vult. 1. J. R. 63. n. 62.*

i Ne prospectui officiat, est jus, ne quid ad gratiorem prospectum diminuendum obijciatur *l. ædificia 12. l. 15. de S. P. V.* Et has differre, contra *Robert.* opinamur. Lubens prætereo servitutes non altiùs tollendi, tignum non immittendi, & reliquas negantes: quia omnia si hîc proponerentur, prolixior fieret hæc nostra tractatio.

IX.

Hactenus de urbanis: videbimus obiter rusticas, inter quas recensentur *hæ:* iter^b, actus^c, via^d, aqueductus^e.

a Pr. J. de servit. Ex *h. pr.* nonnulli argumentantur, probaturi *in §. 28. J. de Act.* non recenseri omnes b. f. actiones: quando enim qui pro communi sententiâ pugnant, dicunt, ibi esse particulam definitivam *hæ:* excipiunt ex *h. pr.* particulam illam *in d. §. 28.* id non probare: cùm eadem & hîc sit particula *hæc:* ubi tamen certissimum sit, non omnes rusticas servitutes *in d. pr.* enumerari, & sic tandem concludunt,

D 3 dunt,

dunt, plures esse b. f. actiones ex §. 20. eod. t. Verùm longè diversam hïc esse rationem, puto facilè cuiq; constare d. particulæ hic positæ, & illius in §. 28. ubi certa est sedes actionum b. fidei, quæ nullibi locorum, præterquàm ibi, statuitur. Et licet in l. 20. §. 1. de S. V. P. l. iter 14. comm. præd. affirmetur, urbanas servitutes hæc jura esse: tamen quid ad illud sit respondendum, vide Vult. J. n. 18. & J. R. 1. c. 63. vid. supra θ. 5. in f. & supra θ. 6. in f.

b Quod definitur, jus eundi ambulandi hominis, non jumentum agendi vel vehiculum. Nonnulli voculam ambulandi rejciunt exindè: quoniam ambulare respiciat sanitatem corporis, ejusq; voluptatem, quæ verò talis non constituitur prædialis, sed personalis arg. l. 8. ff. de servit. Respon. cum Schiford. tr. 20. q. 6. Ambulare propriè hominis actum & iter denotat, quatenus pedibus com meat, ire dicitur, quando equo vel sellæ aut lecticæ insidet l. qui sella. De servit. P. R. 2. Sic inferunt: superflua in definitionibus sunt rejcienda, per regulam, Cui conceditur quod plus est, eidem quod minus, concessum esse intelligitur Ant. Matth. in not. Ast magis est ire. E. eidem concessum est ambulare, cui ire: ut ita sit superfluum vocabulum. Resp. Non dicitur illud in definitionibus superfluum, quod illustrationis & declarationis gratiâ adijcitur arg. definitionis Legic. Ramae. Alii ut Capoll. tr. 2. de S. R. P. c. 1. n. 2. ejusq; Grues scribunt: ire est, si quis solus ambulat vel eat. Ambulare autem si quis cum socio com meat. Hunc & qui eum sequuntur Schiford. suppresso nomine
ridi-

ridiculum habendum esse confirmat. Nam ire dicitur, qui lecticæ insidens gestatur, qui sæpius tres vel quatuor secum ducit. *Schiford. alleg. loc.* Alii ambulare additum esse putant ad differentiam ire agere, ire vehere, quæ actus & viæ sunt propria, *per l. eo loco* 9. eum qui ire agere jus sibi esse dicebat, viam habere.

c Actus est jus agendi jumentum vel vehiculum. *pr. J. de servit. l. 1. de S. P. R.* Hic quaeritur, *An qui actum habet, ire possit sine jumento?* Quod negamus, nisi partium conventionem aliter conventum cui standum. : Est enim servitutis actus individuus, ut pro parte agere, pro parte ire nequeam *l. stipulationes 72. pr. de V. O. Don. II. com. p. 574.* Agere, ait, est cogere rem aliquam, ut progrediatur, quod nisi simul eamus fieri nequit. Nec obstat, cui licet quod plus est, eidem licet quod minus. Inverto enim hoc, & dico, non statim cui minus licet, licet etiam quod plus est: quia illud est contentum, hoc continens. Continens autem quod latius sit contento, docet natura. At huic cui licet agere, licet etiam ire conjunctim, quod minus est quam & agere & ire disjunctim, quod plus. Deinde agere minus est ire: quoniam agere est in conventionem: separatim ire non est ire in conventionem. E. respectu hujus de actu conventionis: ire plus est, quam agere: cum ire agere conjunctim in eam comprehendantur, ire disjunctim nullatenus. Sed arbitror hoc in tantum esse verum, nisi appareat evidenterque constet, me non posse servitute actus uti, nisi & solus vel ad compellendum vel ad depellendum seu re agendum jumentum, eam vel acto jumento

mento recēdam, hoc enim casu & huic simili arbitror dum iter simul esse constitutum per regul. l. 2. de *jurisdict.* Potest igitur quis habere iter & actum expressâ contrahentium voluntate, quod concedit *Schifordegh.* & *Ant. Fab. l. 1. conject. ult.* vel ex præsumtâ ob rationem antè allatam. *Coras. ad. l. 1. de servit.* quem sequitur *Hunn. in colleg. Inst. disp. 5. §. 5.* rejicit *Accursii* sententiam, quâ distinguit inter iter & itineris commoditatem vel uti *Schifordegh. ait,* inter jus itineris & iter; nam iter, inquit, nullo modo est servitus l. 2. §. *rectè ff. si servit. vindic.* igitur volunt iter inesse actui, non verò jus itineris. *Coras. & Hunn.* jus itineris inesse volunt, per d. pr. *J. de servit. l. 13. de servit. l. 28. de V. O.* Quia ait *Coras,* cui competit definitio, eidem & definitum. At iter definitur jus ambulandi & eundi, quod competit itineri quod actui inest l. 2. *quomod. servit. amitt.* E. Item servitus etiam, ait, inest actui, ut pars integralis. Nam ut paries potest considerari per se sine ædificio & cum ædificio, quatenus est pars ædificii integralis, & modo utroque paries rectè dicitur l. *eum qui ætes. de usucap.* Sed hanc opinionem veritati non congruere sic probare conabor. 1. quia apud omnes fermè Ictos est in confesso, iter, actum, viam esse oppositas, species, fatente etiam *Hunnio d. disp. §. 3.* Atqui Logicorum est axioma certum, species non miscentur *Giph. lect. Altorph.* quod fieret, si iter servitus actui inesset; 2. fieret servitus servitutis, si iter servitus inesset actui servitutis. Servitus autem servitutis esse nequit l. 1. de *usu & usufr. leg.* *Coras. de serv. p. 352.* 3. Quia parte sublatâ tollitur totum, *Clariss. Dn. Præcept. Cornel. Martin.*

Martin. in metaph. Et quanquam hinc quidam distinguunt inter partem principalem & minus principalem, nihil tamen ea efficitur, per ea quæ *Fons. lib. 2. Dialect.* habet. Nam totum est integrum, quâ integrum à quò si pars avellatur, non est amplius integrum totum, sed mutilatum. Ad *d. pr. Respond.* illud intelligendum esse, vel quando ita expressè est conventum, vel quando id præsumitur, *obl. 2. de jurisdict.* Facit huc verbum potest. Adde *l. 58. d. cum Gædd. de V. S.* partem improprie dici. Ad *l. 2. ff. quemad. servit. amitt. Resp. Ant. Fab. lib. 1. conject. ult.* Item Paulum de duabus itineris & actus distinctis servitutibus loqui: quod etiam copula &, quæ non nisi inter diversa collocatur. *Coras. de serv. p. 37.* inuenire videtur. Verùm hanc sentent. rejicit *Schifordogh.* quoniam non congruam rationem dubitandi atq; decidendi allatam videat: certum enim est, ait, duas servitudes habentem, & unâ saltem utentem, alteram, quâ statuto tempore non usus fuit, amisisse: servitus enim non utendo amittitur, & qui solùm ierit, actus servitute non est usus; nec, ait, per unam servitutem alteram retinere possumus. E. hæc ratio dubitandi nulla, & ad decidendi respondet, duas servitudes habentem itineris & actus, non videri usum fuisse servitute actus per solam itionem, cum sint separata planè servitus itineris & servitus actus. Itaq; ille ita respondendum sentit; Loqui Item Paul. *in d. l. 2. de servitute actus solùm*, ut is qui actum habeat, possit etiam ire per se, hoc est, non jure: quia id ibi non exprimitur an jure queat, sed solùm dicitur quod possit ire: non verò jure: ut si prohibetur.

E

ne rum:

ne tum amplius eat. Verum lubet mihi ita respon-
dere; loqui Paul. de actu constituto cum quo quis ha-
beat simul iter vel ex conventionem expressam vel præ-
sumptam. Et quaeritur à Ictis, an hoc modo servitutem
actus habentem videatur eam amisisse, cum statuto
tempore solum ierit: & respondent Icti Cassius, Sa-
binus, Octavenus, non periisse: quare? quia inqui-
unt, ire quoque per se posse eum qui actum habet, quo-
modo potest, eum actus naturam? non: ut videre est
apud Charond. lib. 1. verisim. c. 5. p. 25. Scheck: disp. de
serv. §. 10. Sed si hoc habeat illis modis de quibus su-
pra dixi. Et si quaeras, cur is videatur usus servitutem
actus qui solum ibat? Dico ex l. f. quemad. serv. amitt.
quia jure suo uti se credidit, & non tua sed mea qua-
renda est opinio, ait Vlp. in l. 1. §. 11. ver. non enim. ff.
de itin. act. priv. Non enim credere possum, verba
illa, posse per se, esse intelligenda, ut eat sed non jure.
Qui enim non jure it, ire non posse intelligitur: im-
possibile enim aliud est jure, aliud naturam. Et tria illa
juris præcepta hoc non patiuntur: non enim hone-
ste vivit, qui in alieno non jure quid agit: nec suum
cuique tribuit, si in alieno fundo non jure iter facit;
Sed alium lædit, si itione non jure factam servitutem
quaereret, aut saltem molestaret proximum. Quam
per se hinc est sine iumento: licet Schiford. hoc ut cre-
dat persuaderi nequeat. Tale est argum. ab eo prola-
tum: Aut it jure suo, aut jure nullo: non jure suo:
quia actum habens agere ire tantum potuit, non ve-
rò simpliciter ire. E. cum non jure suo, relinquitur
nullo. Resp. Propositio fallit Elencho non omnium
partium enumerationis; addendum enim ad pro-
pos.

pos. aut suo jure, aut nullo, aut concessio, scil. ex singulari contrahentium conventionem expressam vel praesumptam: naturam enim actus eum hoc non habere, supra diximus.

d Via est jus eundi & agendi & ambulandi. Haec definitio à reliquis praedictorum servitutum speciebus itinere & actu formam differt specificam: quoniam suam naturam in se habeat praedictas servitutes nominatim & principaliter docente *Bocer. cl. 5. disp. 7. §. 20.* neque tamen est servitus servitutis: quia sunt distinctae servitutes, quae definitione re ipsa & essentia differunt, non admittentes magis & minus, per ea quae habet *Schiford. & Finck. part. 1. Schediasm. c. 30.* Nec necesse est, ut legamus pro eundi *vehundi*: quia satis constat, habentem viam habere jus vehendi. Actus est jus agendi jumentum vel vehiculum, & via actum in se continet suam naturam: unde etiam via sine servitute actus & itineris esse nequit. *Fab. 1. conject. ult. p. 23.* Actus sine itinere esse potest *Bocer. cl. 5. disp. §. 6.* neque tamen servitus est servitutis, quod via reliquas continet. Aliud enim servire, aliud contineri *Schiford. tr. 20. quest. 6. lib. 2.* *Hottom.* ambulandi vocabulum ut abundans rejicit *per l. sella 7. ff. de S. R. P. Resp. Schifordegh.* Quod Paulus ibi omisit, id addit Ulp. & vicissim quod Ulp. omisit, addit Paul. Additum est ambulandi vocabulum, ait, ut declaret tollens omne dubium, quod alioquin alicui obreperet viam habenti: an separatim scil. ire posset, quod proprie ambulandi vocabulum denotat: & licet id verbum *eundi* indicasse videatur; posset tamen quis dicere, per id intelligi ire agere conjunctim: hoc dubium plane aufert.

vocabulum ambulandi. Et idè non est superfluum. Quæri hîc potest: an contrahentes ita convenire queant, ut via debeatur sine itinere separatim, h. e. ut quis possit vehere simul eundo, non verò ire separatim ut possit? Ita nonnulli practici docent; viam posse quem habere per alterius cuiusdam biparentem januam, vulgò ein Subweg; ita tamen ut si separatim ire velit janua non aperiatur, sed solùm ut peteam vehendo eat. Sed viam ejusmodi conventionem constitui non posse verius est: nihil enim contra rei naturam constituere possunt suâ conventionem contrahentes *l. 7. §. ait Prætor. ff. de pact. Don. 11. com. p. 575.* Qui tale autem jus habet, actum habet, non viam,

e Aquæductus est jus aquæducendæ per fundum aliènum. Hanc servitutem qui habet, non potest vicino commodare, ut ex meo aquæductu hauriat *l. 24. de S. P. R.* Hæc servitus in quibusdam cum actu consentit, in quibusdam dissentit, ut videre est apud Schiford. Dicitur *in pr.* hîc realis, *in l. v. Lucius 37. de servit. personalis*, item dicitur interdum rustica, interdum urbana. Hæc non pugnant, uti patet quæ superius sunt dicta *Vult. 1. J. R. c. 63. n. 11.* Non potest servitus prædialis constitui ultrà, quàm quatenus ad fundum ipsum opus est *l. ergo 5. inf. de S. P. R.* Quod si secus fiat, est personalis, & refertur vel ad usum, vel usumfructum *l. veluti 6. ff. de S. P. R.* Si in fundo tugurium sit ædificatum, ut pecora recipiat, prædii magis est, quàm personæ *l. pecoris 4. d. t.*

X. Hæc

Huc usq; dictum de servitutis definitione
 & distributione: nunc de acquisitione.
 Acquiritur autem inter vivos servitus
 vel prescriptione^a, vel conventionem^b, vel
 adjudicatione^c: inter mortuos ultimâ vo-
 luntate^d.

^a Servitutes propriè non possidentur, cum sine
 jura; jurius autem propria possessio non est *l. sequi-
 tur 4. §. 27. ver. quia nec possideri &c. ff. de usucap. ratio,*
 quia juris incorporalis nulla est vacua traditio. *Min-
 dan. de poss. c. 1. n. 33.* non propriè igitur usucapiuntur
 vel præscribuntur; quia usucapio acquiritur per con-
 tinuationem possessionis ususvè: per usum hîc intel-
 ligitur detentio. *Obrecht. disp. 15. §. 39.* Quasi autem usu-
 capiuntur *l. 10. si serv. vind. l. 2. C. de servit. & aq. Duar.
 l. disp. 34. Donell. II. com. 11.* Et hanc fuisse causam, cur
 L. Scribonia, vel ut alii volunt, Volconia, usucapio-
 nem prohibuerit, com. Dd. asserunt. Itaq; ita intelli-
 gendum est, quod Paul. dicit *in l. 14. de servit. & Cajus
 in l. servus 43. §. 1. de A. R. D.* Prætoris enim æquitate
 introductum est, servitutum longo tempore acquiri
 posse *l. 1. §. ult. ver. sanè. de aq. & aq. plur. arc. l. si diu-
 turno 10. si serv. vind. ubi Duar.* Obst. quod Ulp. *in d. l.
 10. §. 1.* negat servitutes usucapi posse verbis: Hoc ju-
 re utimur, ut servitutes per se nusquam longo tempo-
 re capi possint. Contrarium affirmat *in d. l. diutina
 10. ff. si servit. vind.* Iam vult Imp. nullam esse contra-

rietatem in toto hoc suo opere l. 2. §. contrarium 15. §. tanta 10. & l. 1. §. sed neq. ver: omnia & c. C. de J. V. enucl. Resp. Don. ex verbis d. l. diutina 10. & d. l. 1. §. ult. quod non jure sit imposita servitus, sed velut jure imposita; non servitus quaesita, sed q. servitus, & ideo non datur actio directa sed utilis l. 1. in f. ff. de aq. & aq. pl. arc itaq; loquitur Ulp. in d. l. si aliena 10. de verâ usucapione propriè sic dictâ, in d. l. si diutina, de q. possessione & usucapione. Ex his jam apparet, jure ff. & C. servitutes q. usucapi potuisse. Sunt quidam qui ex l. f. C. de Cong. temp. praescript. id primùm introductum affirmant, eâq; lege probare volunt, servitutes nunc propriè usucapi quod verum esse non judico ob l. 2. §. 2. de usufr. ear. ver. quæ usu cons. naturam enim civilis juris autoritas immutare nequit. Alii urbanorum servitutes & omnes continuam habentes causam usucapi posse; eas vero quæ discontinuam habent causam, ab usucapionis terminis relegandas esse statuunt: quoniam usucapio sic possessio continua; rusticorum autem servitutes continuam possessionem non habeant: cum nemo possit perpetuò & continenter ire. Sed usucapi posse servitutes in universum omnes, sive continuas sive discontinuas, probat l. 1. §. f. de aq. pl. arc. & præter alias rationes, quibus pugnat Don. sufficit, quod itineris servitus, quam pragmatici discontinuam appellitant, longo usu acquiri queat, non obstante illâ ratione, quod sit discontinua l. 3. §. hoc autem ff. de itin. act. priv. Quod itaq; Dd. statuunt, rusticas servitutes discontinuam habere possessionem, verum non est. Nam animo semel possessio acquisita retinetur & continuatur §. possidere J. de inter-

*interdict. l. 3. §. in amittenda. de acquir. poss. Obst. l. servitutes 14. de servit. ubi Paul. ait, servitutes prædiorum rusticorum esse incorporales, nec ideò usucapi posse. Et addit etiam hanc rationem: quia tales sunt servitutes, ut non habeant certam continuam possessionem: nemo enim tam continenter ire potest, ut nullo momento possessio ejus interpellari videatur. Hinc concludunt Dd. rusticas servitutes non habere continuam possessionem. Resp. Paulus est intelligendus de possessione, quæ corporis motione peragitur, ut ea intermissâ interpellatur possessio: aut dicendum ex verbis ipsius videri possessionem interpellari. Si spectamus corporalem possessionem, & ictionem quæ cõtina esse nequit, reverà interpellatur. Si autem cõsideramus, quatenus animo possessio retinetur, videtur illa interpellari, non autem reverà: ita namq; vocabulum *videri* accipiendum esse, suadet quod juris sit manifesti, ipso etiam Paulo affirmante possessionem semel acquisitam solo animo retineri *l. 3. §. in amittenda. §. saltus. ff. de acquir. poss.* sed instant quidam, ita arguentes: servitutes rusticæ non possunt usucapi, quia sunt incorporales: hanc rationem dicunt fuisse nimis imbecillem ad hoc probandum, & Paul. animadvertisse usum servitutum esse pro possessione, & ita q. possideri: possideri enim servitutes, patet ex verbis, possessio ejus interpellari. Iccircò magis concludentem & stringentem rationem Paulum adiecisse: quia tales sunt servitutes, ut continuam & certam possessionem non habeant. Quæ ultima itaq; ratio cùm non obtineat de servitutibus urbanis: etiam idem, quod de rusticis, de ijs affirmandum non*

E 4 erit.

erit. Itaq; respondemus, ne quis ita concluderet: Adiecit Paul. Idem in servitutibus urbanis observari debere. Quid observari debet, quod certam & continuam non habent possessionem? non; quia eam habere probant *Dd. ex l. 20. ff. de S. P. V.* Num ergo idem observari debet, quod sint incorporales? non; quia id certum est, neq; opus, ut hac de re nos admoneat Ictus. Quocirca dicimus verb. idem referendum ad illa verba, & ideo non usucapiuntur. Quod autem de possessione afferunt, dico intelligendam esse corporalem, quam & naturalem dicere possumus *Mindan. de poss.* quod etiam probant illa verba; nemo enim tam perpetuo, tam continenter ire potest &c. Nec obst. *l. foramen 28. de S. P. V.* ubi Paul. foramen in imo pariete conclavis vel triclinii, quod esset proluendi causa pavimenti, id neq; flumen esse, neq; tempore acquiri &c. Hic Paul. ait, Foramen quod quis in pariete proluendi causa habebat, usucapi non posse; quoniam non habeat causam perpetuam quod manu fit. Hic jam putant *Dd.* per perpetuam causam intelligere Ictum causam possessionis, quod falsum; loquitur enim de causa servitutis; quia dicit, foramen usucapi non posse, quoniam nihil ex coelo aquae adveniat, neq; habeat perpetuam causam, quod manu fit. Hic vides apertis oculis de causa servitutis, aqua, quae ex coelo non venit, sermocinari Ictum; & ait, neq; enim perpetuam causam habet quod manu fit; quia aqua illa quae manu profunditur, non est perennis, quod requiritur, si servitus dici debeat *l. 1. §. loquitur s. de aq. quot. & est.* Debent itaq; omnes servitutes praediorum habere causam perpetuam, hoc est, natu-

naturalem. Ex verb. omnes d. l. contra Dd. ita argumen-
tatur Don. si hinc eadem est causa possessionis & servi-
tutis ita, ut utroque; requireretur perpetua & conti-
nua possessio, sequeretur, nullas etiam servitutes pos-
se usucapi; posterius non concedunt Dd. cum præ-
supponant continuam causam habentes usucapi posse.
Sequitur ergo, quod non eadem sit causa possessionis
& servitutis, *Obst. l. hoc jure 3. §. ductus 4. ff. de aq. quot.*
& est. undè ita inferunt: servitus jure constituti loco
habetur, cujus origo memoriam hominis excessit.
At in servitutibus longo tempore acquisitis origo
non excessit hominis memoriam. E. jure constituti
loco non habentur. Resp. Don. idem esse ac si ita con-
cluderem: Ususfructus constituitur vel per testamen-
tum, vel per pactum *l. 3. de usufr.* Atqui ususfructus qui
à iudice in iudicio famil. hercisc. constituitur, non
constituitur testamento vel pacto. E. pro constitutâ
servitute non habetur. Quis non animadvertit, non
legitimè concludi? Ita enim concludendum erat. E.
non habetur ususfructus constitutus testamento vel
pacto. E. non habetur jure constituti loco servitus,
cujus origo memoriam hominis excessit. Potest enim
alio modo constituta servitus haberi, nempe per 10.
annos. Inst. si 10. anni sufficerent, frustra desiderasset
Ictus Pomponius tempus excedens hominis memo-
riam. Resp. Aliam esse rationem servitutis acquisitæ
per tempus quod excedit memoriam hominis, & ali-
am acquisitæ per 10. annos. Priori enim modo datur
absolutè servitus constituta, nec queritur, utrùm
utens nec clam, nec vi, nec precario à domino posse-
derit. Posteriori vero modo non absolutè, sed quo-

E s dam-

dammodò acquisita dicitur, ita ut ulterius quærat, si nec vi, nec clam, nec precario usus fuerit, *d. l. si quis diuturno. 10. Obst. l. sicut autem §. Aristo Cerellio. 8. ff. si serv. vind.* Ex quâ *l.* apparet, servitute fumi immit- tendi non habere causam perpetuam, cum ut fumus excitetur fit manu, quando ligna camino inferimus, quod verò manu fit, perpetuum non est *l. foramen 28. ff. de S. P. V. Resp.* Ut quid dicatur habere causam per- petuam, respiciendum est ad causam proximam, non vero remotam. Proxima autem fumi causa est ignis, & ideò naturalis & perpetua; remotâ enim causâ, fa- ctum hominis quod consistit in operatione excitandi ignis, non est perpetua causa, *juxta d. l. foramen.*

b §. ult. J. de servit. §. 1. J. de usufr. Vult. lib. 1. J. R. 63. n. 3. Don. Fab. Duar. Coras. & Dd. ubiq; passim.

c l. item Labeo 22. §. 3. famil. herc. l. communi. 7. ff. comm. div. Don. n. com. 9. Bocer. Scheck. & alij.

d l. poterit 16. ff. comm. præd. Vult. 1. J. R. 67. n. 5. Vidimus huc usq; servitutis nomen, definitionem, distributionem, acquisitionem: agendum hîc etiam fuisset de servitutum actionibus, & quomodò confun- duntur & tolluntur. Verùm si hæc omnia prosequeremur, justo disputatio hæc prolixior evaderet.


Itaq; hîc subsistentes filum ab- rumpimus.

F I N I S.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





00 A 6420

ULB Halle 3
002 928 000



11

10 17



Missa


Quisdi
Servit
Ad L. tra
Tunc
Gur
Bona
Servit
Princip

VALEN

Quas
y
de

De
bo
Be





2

Disputatio
DE SERVITVTIBVS,

Quam

Deo clementer adjuvante

PRÆSIDE

Excellentissimo atq; consultissimo


**Dn. ERASMO UNGE-
PAUR J. V. D. CELEBERRIMO,
AC PROFESSORE PANDECTARUM
Altorph. Academ. Ordinario, Præce-
ptore ac fautore quàm plurimùm
honorando.**

Publicæ ventilationi

subijcit

Ad diem 30. Novembr.

**LAURENTIUS BÜSINCK Munde-
rensis, ex Ericæâ Ducatus Brunsvi-
censis ditione.**



ALTORFI NORICORUM.

Typis Abrahami Wagenmanni.

clō lō c XVI.

